



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Motiuia ad ferendas æquo animo nostri accusationes, & nostræ confusionis
amores Cap. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

Et inordinato ad accusationem tui, tamen dum
desert, nunquam non utilis est; eo fere modo,
quo, ut obliterat Plutarchus de capienda viti-
tate ex inimicis politici inimici, suis nobis sunt
criminacionibus salutares; idque ostendit pul-
chro simili. Nam Iasoni Theseo vomica doloribus laboranti, dum inimicus vulnus infligit,
continuo eius vultus aperuit, unde virus erupit,
& consecuta prope necesse est, pro morte vi-
ta. Ita & delator dum maligne deferendo
vult, vel putat, obesse, certam salutem adserit,
aperiens vitiorum vilesribus spirituali me-
dico.

Quocirca dicere solitus est Anisthenes, eti-
us qui talius esse debet opus habere vel probis
amicis, vel inimicis vehementissimis, quod illi
admonendo, hi criminando a vita auertant.
Quia de te egregie S. Chrysostomus. Tomo. i. homi-
de periculis Spectaculorum; Cum nos, inquit, pec-
ata nostra non videamus, ob amorem nostri nobis in-
suum hostes, qui propter odium ea melius quam nos
perspicunt, reprobando nos ad correctionis necessitatem
impellant; & illorum malevolentia nobis cedit ad ma-
ximan visitatatem, non ob id tantum quod per illos ad-
moniti intelligimus errata nostra, sed quod ea deposi-
mus quoque. Idecō Deus, qui etiam ex malis bona
elicit, & mala non nisi ex amore seruorum
suum permittit in uitatem eorum, permit-
tit quoque inter Religiosos offensurulas in-
tercedere, qua ad inquirenda aliena vita &
deferenda prop̄ trahant, & inde aliena vita cu-
rentur.

Hoc ferē modo cum S. Monicam matrem S. Augustini, adhuc puellulam, in tra ancilla quā-
dam increpans, & consuetudinem bitembitandi
in eā improbans, Meribulam appellasset, eo
lapiens percutta fistula, resexit seditatem
suam, flaminq; damnavit atque exiit. Ita Deus de
alterius animæ infantriā fanauit alteram, vt lo-
quitur Augustinus. Pari modo, si quis iniquo
animo alterum deferat, sanat, etiam si id non in-
tentat.

Quarum caput difficultatum in delatione no-
strorū oritur ex parte eius ad quem res nostra de-
feruntur. Primo enim veremur, ne si nostra de-
noscatur opinio in Superioris mente signatur, aut
confirmetur antiqua, aut etiam augeatur: quia
enīm à Superiori post Deum toti pendemus,
maxime nostrā intercessione putamus, siū bene sen-
tiant de nobis. Cuius signum est, quod et si error
noster alii pateat si ad Superiorē delatus non
sit, non multū laboramus. Secundō, quia ac-
crius nos interdum Superior obiurgat & puni-
t, sed nihil est, quod his nōminibus delata res nos
torqueat. Primo, quia si pœnas libenter fer-
amus, spe correctionis offensa, opinionem finis-
stram, si quam de nobis habuit Superior, depo-
net, scit enim nos homines esse, & iuxta dictum
Terentij: Nil ab homine erroribus obnoxio, à nobis
esse alienum, quocirca si nos humiles & patientes

viderit, augebit potius quam minuet bonam de-
nobis opinionem. Et melius virtutem subdit
agnoscet ex Confessione delicti, quam ex reli-
quis bene factis tempore prosperitatis. Si quid
ergo de opinione virtutis detraxit delatio, id
humili confessione & patientia sarcitur. Secun-
do, parum refert bonum apud homines nomē,
si malē audias apud cœlestes & Deum; & si pudet
tuam ab hominibus recisci culpam, magis pu-
deat in conpectu Dei & Angelorum eam esse
contractam. Notum ergo velis esse Superiori,
quod Diuinæ iam notum est Majestati, præser-
tim cum ea facile Superioris admonitione &
tuā submissione placetur. Tertiō, Aequum est
existimare Superiorē in obiurgando & im-
ponendā paciā p̄cipitem non esse, neque
nimis credulim delatoribus se præbēre. Quar-
to. Etsi acris Superior obiurger, id vt à Pa-
tre proficiat, & nostra salutis cupido, at-
que vt à Medico vultus scindente, idēo gratum
esse debet. Turpe est autem, vt ait S. Basil. in Al-
ceticis, eos qui corporibus egrotant, tantum habere
fidei Medicū, vt siue vrantur, siue incidanū siue ama-
ris pharmacia sanentur, pro benefactoribus eos habeat;
non verò nos eodem preditos esse affectū erga eos, qui
nostras animas curant, si quando per laboriosam cu-
randi rationem nostram salutem studiosè procurent. Et
S. Bonaventura. Quando, inquit, nimis austere vel mi-
nus iuste de aliquo arguantur, non turbentur animos,
sed potius per Fratrum diligentiam circa ipsos, qui quos
amant, arguant & consilant, & exercito virtutis
oblato in Domino gaudent. Sed si verum agnosce-
re velim, harum omnium difficultatum radix
est superbia, quae reprehensionis dedecus hor-
ret, & peccatum celatum veller, ne quid de exi-
stimatione perdatur, quæ aperta superbia est,
velle haberi qualis non est, aut nolle haberi
qualis est. Recte enim S. Marcus Anachoretæ;
Cum, inquit, videris aliquem in multâ ignominia do-
lentem, scias eum ambitionis cogitationibus impletum.
Nam, vt ait S. Diadochus; *Anima Deum amantis* 90.
*proprium est gloriam Dei semper querere, & sua sub-
missione delectari*, vt per eam familiares Deo effici-
tur. Quod si fecerimus exemplo Ioannis Ba-
ptistæ, incipiemus dicere sine intermissione vt
la illum oportet crescere, me autem minui.

CAP V T N O N V M.

*Motiuia ad ferendos aequo animo nostri ac-
cusatores, & nostra Confusionis Autho-
res.*

Nunc videndum est cur debeamus omnes
æ quo animo ferre delatores, & cur præci-
picio studio omnes, hanc rem, tanquam viam ad
humilitatem acquirendam, & prò totā vitā ne-
cessariam, debeant complecti, & bene se in eā
fundare.

Pro

Pro hac re non possumus habere meliora motiva, quā illa quae S. Pater ipse proponit, quae sunt duo: Primum. Vniuersale, quia dicit id conducere ad maiorem in spiritu profectum. Secundum particulare, quia Regula 9. ait, id proficere ad maiorem submissionem & humilitatem propriam.

Et quidem proficere profectui spirituali, si defectus & res nostræ Superiori detegantur, certum est. Ad profectum enim primo loco necessarium est, carere defectibus: vero vt careamus, nosse eos oportet. Nam, vt Seneca bene

91.
ep. 12. &
60. ex E-
pietato.

scribit, initium salutis est notitia peccati. Nam qui se nescit peccare, corrigi non vult: deprehendas te oportet antequam emendes. Et ideo difficulter ad sanitatem venimus, quia nos agrotate nescimus. Deinde neceſſe est habere motiva ad defectus fugiendos. Ut autem eos noscamus & fugiamus per Superioris id notitiam eorum melius, quām alia ratione assequi possumus. Quanquam sape Superiores, Deo excitante, ad iuuandos in spiritu alios, sive per se, sive per aliorum accusations sumptu occasione, confundunt aliquos, & quasi cederent quae audierunt, & si verē non credunt, improbant, & reprehendunt accusatores, eos vi priores, Deoque magis gratos reddant. Quid nulli debet esse moleſtum de se demissiſenti.

92.
gr. 4. col.
6.

Extat apud S. Ioannem Climacum præclarum hac re exemplum, & S. cuiusdam Abbatis doctrina. Nam cùm Dispensatore Monasterij pudicum & moderatum ac misericordium inuenitus esset (spectante Ioanne Climaco) absque vlla causa, & de Ecclesiâ cum eiici inſiſſet, & Climacus eius innocentiam commendaret. Scio, inquit, Abbas, esse innocentem, sed sicut crudelis est ex ore famelici infantis mambus panem rapere, ita & seipſum & operarium ludit, qui animas suscipit regendas, nisi illi coronas; quantas illum sustinere posse nouit, horis singulis prouidere satagit; sive per contumelias, sive per ignominias, sive per obiectiones, sive per ludibria. Tria enim maximè caueda committit. Primum, quod ipse irepatione mercede priuatur. Secundum, quod aliis ex alterius virtute perdere posset id agere omisit. Tertium vero quod est grauiſſimum, quod y non unquam qui videntur esse probatissimi, & laboris patientissimi, si ad tempus negligantur, atque iam vt virtutibus prædictis à Prelato non corripiantur, sive probris sive iniuriis afficiantur, ea qua in eis inerant modestia ac tolerantia desituerentur. Nam eti bona & frugifera pinguisq; terra est, confueit tamen aqua, id est ignominie defelit illam infuctuofam ac siueſtre efficeret, spinasq; fornicationis & noxiæ securitatis in eā germinare. Hæc S. Iohannes Climacus.

Quocirca quamvis sine vlla culpâ nostrâ accusaremur Prelato, & ab eo acerbâ reprehensione vel alio modo confundemur, id propter utilitates commemoratas in quo ferre animo non deberemus, imò ne sentire quidem, vt optabat S. Franciscus (to. 3. bibl. SS. PP. inter-

opus), eius dicens: Beatus seruus, qui disciplinam, accusationem, & reprehensionem ita patienter ab aliquo sustinet, sicut à semetipso. Beatus seruus, qui reprehensus benigne acquefit, verecunde obtemperat, humiliiter confuet, libenter satisfacit. Beatus seruus, qui non est velox ad se excusandum: & humiliiter sustinet veretur, & reprehensionem de peccato, rbi non committit culpam. Hæc S. Franciscus.

Secundum motū particularē ad fetendos equo animo delatores a S. P. Ignatio allatū Reg. 9. c. 8. Major submissio & humilitas propria, quam allequorū qui aequo animo accusations ferunt. Magnum est hoc motuum, & quod solum sufficeret debet: Sive quia humilitas est contentrix omnium virtutum, & quam bonorum sequitur copiosissimum veluti quoddam examen, ut ait S. Basilis, hinc quia terra est tanquam terra, ex quā crescit & nutrit arbor charitatis, producens flores virtutum & fructus gratia in anima, vt Deus Pater dixit: S. Catharina Se-dialia nensi; sive quia humilitas est adeo coniuncta cum obedientia, quam etiam nutrit, vt tantum sit aliquis obediens, quantum & humilis, & ē contra, vt in eodem Dialog. c. 15. 4. dixit Deus, addens, humilitatis sororem esse patientiam inquietam, & hanc patientiam esse medium am caritatem, ac signum euidentis, & aperię demonstrativum, quod anima si in gratiā consistens in Deo, & Deum per gratiam in se habens, vt Deus ipse his ipsis verbis id explicavit S. Catharinæ.

Simili ratione Deus B. Angelam de Fulginio docuit, vt habetur c. 19. eius vita: quād anima magis afflictia & depauperata, & humiliata est interior, tanto magis aptatur, & purgatur & purificatur, vt magis allevetur, quia nulla anima potest aliter, nec plus elevari nisi quantum humiliatur & profundius in humiliitate complanatur & radicatur. Quæ omnia cū sunt lumen excellentia & deiderabilitas, & quilibet animo ferendi tunc delatores, qui sunt causa tantorum honorum, ex humiliitate, quam cauunt, proueniunt. Nil enim ita elevationis nobis innata, & actibus malis confirmationis spiritus demittit, vt cū virtutia nostra notata sunt. Quia turpitudine vitii pudorem incitat, pudor modestiam & humiliatem parit. Ut enim erigimur cū benefacta virtutē que nostra celebrantur, & altos spiritus colligimus, ita cū nostra virtus erroresque notantur humiles reddimur. Hinc cū S. Petrus à S. Paulo reprehensus esset in faciem, tacuit, non excusauit se, quia humilis fuit. Quid ponderans, S. Gregorius Papa: Tacuit, inquit, Petrus, vt qui primus erat in Apostolatus culmine, primus esset in humiliitate. Et S. Aug. Rarius, ait, & sanctius exemplum (Petrus) postea prebuit, quod non deditur retur sicubi serie retriemati reliquient, etiam à Posterioribus corrigi: quād Paulus, quo confidenter etiam minores maioribus pro defendendā Euangelicā veritatem, salutis fraternalis caritate, resistere.

Sed si verum agnoscere velimus, harum omnium difficultatum radix est & origo superbia,

que

VIII. DE HUMILITATE QUERENDA.

659

quæ culpæ seu potius reprehensionis dedecus horret, & peccatum celatum veller, ne quid de existimatione perdatur; quæ aperta superbia est, haberi qualis non est, aut nolle haberi quælis est.

94.
ditt. 3.
ap. 101.
de subl.
cum.
il. 118
t. part.
hitt. 1. 6.
num. 93.
97. Alluecamus ergo ferre æquo animo delatores primi, in paruis rebus, quales ordinariè accidunt, deinde maiores æquo animo feremus calumnias, falsa testimonia iniurias; prout in Reg. 11. Summar. S. Pater prescribit, nam à facilioribus ad difficiliora gradus est. Ita fecit prudens ille & S. Pater in VV. Patrum. Qui cum possit verba maledica bubulorum profligate, maluit fortis tolerare animo, quod maioribus perferendis iniurias sese thinorum exectione affluefaceret. Idem fecit & S.P. Ignatius, qui se à puerò quodam procaciter irritari permisit, & ut id faceret ante illum constituit, longioribus sive eius exponens ludibriis, & cum quidam fudet, ut sive suspectui maledici pueri subducere; Sinamus, inquit, eum ex hoc mei ludibrio & irritatione capere materiali latij.

Idem factum à P. Paschasio Broet uno è primis S. Ignatij scribit. Sacchipus: Cum redire Belomo Lutetiam, iter habebat pedes, Beltrando Rosero comite (qui id scriptum reliquit) per agrum in quo demetenda frugibus ad triginta homines opus facebant. Hi continuò panorum consipicati senem, ludibrio habere cuperunt, & onerare conuictis, simulacrum intertere & deceptoremq; magnis vocibus appellantes. Quem ad verborum sonitum, quasi ad itandam symphoniam, baculo suo innixus, ut audiis auribus omnem exciperet, constitutus Pater, nec gressum mouit, quoad illi satiate partimq; pudore sinec fecere. Tuum verd Paschasius erigens se, placidissimeq; vultu messores, quasi de beneficio grates acturus, intuens; Deus, inquit, vobis benignè faciat, sibi, ac benedicat: eaque dicens manus simul Crucis salutare signum ad benedicendum expressit. Non tulere tanq; insolitam mansuetudinem quamvis rustica pectora. Diceres vim continuo bona famuli Dei preicationis seruisse. Exemplo velut attionis ad eius circumfusi pedes veniam precentes, sive iniquos conuictores, illum virum revera sanctum dedicant. Sicut ergo iij publicam contumeliam æquo tulerunt animo, feramus nos occultas nostri delationes, si & valde proficere in spiritu, & nominatum in humiliitate optamus; utrumque enim S. Pater nos alecturos spondit Regu. 9. & 10. Summatij.

98. Hac spe allectus P. Petrus fabet, ut scribitur in eius vita, non modò in suis ipse reprehendendis & castigandis erratis frequens & multus erat, quod paucorum admodum est, sed quod longè paucissimorum, ea quoque reprehendi & carpi volebat ab aliis, omni non modò personarum ac temporum, verum etiam modi ac rerum quæ in reprehensionem caderent definitione sublatæ, non solùm vt Superiorum aut equalium, verum etiam vt inferiorum reprehensiones sibi duceres expetendas: nec solùm certi cuiuscum errati, vel noxa, sed

erratorum omnium atque noxarum; sive ea vera es- sent, sive conficta, nec tum modò, cum letitia aut iver- tate Spiritus amarus esset, verum etiam tum cum esset in tristitia atque egestate. Quin ipsutu quoque re-prehendendi modum in reprehendentis potestate vo- lebat esse possum, ut eam potissimum adhiberet, si colli- bitum esset, qui maximè irriter & incenderet. Tantum in reprehensionibus latere boni, bonus, & sui boni cupi- dus, ut ellexit. Optabat autem ut in eis ferendis & ad- mittendis, non tam modum reprehensoris ac verba, quæ denunciandi vim habent, attenderet, quam reprehensionis virilitatem ac fructum, que mores corrigit ac emen- dat. Neque censebat oculos ad reprehensionis modum redire querendos, sed in emendationis curam figendos. Mul- tot enim existimabat dum modum spectant, nec in se habent, unde animam in reprehensionibus solentur, oneri obiurgationis succumbere: qui verd aut habent, aut habere se putant, unde animam consolentur ab placent, eos ferre sediuīs placidius, castigationis a- tuleos.

Concludam hoc Opusculum salutari do-
ctrinæ, & diuinatus traditæ, & Deo ipso dictante
ac iubente conscripta Italice à B. Angelâ de
Fulginio, magna sanctitatis feminâ, Ordinis
Minorum, in cuius vita Latinè editâ ab Arnol-
do c. 60. hęc leguntur. Post explicatam primam
Christi sociam, scilicet paupertatem summam,
quam coluit; secundam, inquit, societas, à qua conti-
nuè Iesus Christi filius quādūa vixit sicut associatus, exti-
tit voluntarius & perfectus contemptus, deiectionis &
ignominia & verecundia, quam voluit in hoc mundo
tolerate. Vixit enim sicut seruus deiectus; & venditus,
& non redemptus, & non tantum sicut seruus, sed sicut
seruus, qui malu reputatur & iniquus. Fuit enim
exultatus & opprobriatus, derisus, ligatus, verberatus,
fusigatus, flagellatus, & tandem sine ratione, sine de-
fensione, sicut vilis & miserabilis, cum iniquis & latro-
nibus depetratus, & cum eis condemnatus & mortuus
morte turpissem & deiectus. Et dum viueret, si quando
aliquis volueret sibi Inferri honorem temporalem, sem-
per contradixit aut verbis aut factis, & honorem
mundi semper fugit, & verecundias semper tolerauit,
& liberti animo acceptauit, non dando ex parte suâ
occasione nec causam. Et post multa exempla allata
ex Christi vita, expresse sic concludit, & quid
nobis faciendum sit docet:

Hoc pro dolor! inquit, qua persona impenitus ho-
dis, qui diligit talam societatem, ut scilicet fugiat ho-
nore, & diligit verecundiam, qua habetur propter
paupertatem, humilem statum, humile officium & ce-
tera humilia, nec que velit esse annibilata, deiecta &
contempta &c. Sed intenuntur multi, quorum quilibet dicit: Ego diligo & querò diligere Deum, & non
euro, si mundus non faciat mihi honorem, sed nolo, quod
faciat mihi verecundiam, nec volo esse deiectus, nec vi-
tuperatus, nec confusionem in mundi presentiū recipi-
te. Sed istud est signum manifestissimi parvae fidei, & par-
vae infideli, & parui amoris, & magne repudiatatio.
Quia vel commisit illud propter quod est dignus susci-
nere confusionem & parnam & verecundiam, de quo
pauci

pauci se possint iustè excusare , vel non commisit : si non
commisit propter opera sua manifesta vel absconsa , de-
bet sustinere . si verè sit pœnitens , cum patientia imò et
iam cum placemento anima & corporis , & hoc dua-
bus rationibus : Primo , quia illa verecundia & confu-
sio , & pœna , quam sustinet cum patientia satisfacit
Deo & proximo secundum voluntatem Diuina Iusti-
tia . Si vero non commisit mala opera debet portare &
tolerare omnem verecundiam & confusionem (si Deus
permisit) & hic in centuplum cum maiori patientia
& gaudio quam primo modo , quia illa pœna & illa
confusio , & verecundia tota ponitur in augmentum
gratiae . Crescente autem merito gratiae crescit donum
& premium gloriae , & sic procul dubio cum tolerat ... &
verecundia & confusionis , que adueniunt absque culpā
hominis , crescunt & proficiunt anime sancte , & amici
Dei . Ideò Christus deleuit verecundiam & fugit hono-
rem , ut doceret amicos suos , quomodo possent crescere
in merito & gratiâ . Ita igitur societas secunda fuit
continuè cum vita Christi . Si enim volumus videre be-
ne principium , medium , & finem plenum vita Chri-

sti . Filii Dei , totum fuit humilitas & in mundo vivere
sine honore , & despectus , & reprobatus à mundo , & ab
illis qui diligunt mundum . Hec B. Angela diuini-
tus edocet , de amanda confusione scripta re-
liquit . Cùm autem à S.P.N. Ignatio edocet si-
mus , concupiscere totis viribus possibilibus contumeli-
as , falsa testimonia & iniurias , ac stulti haberi &
exstimirari ; & talia summi esse momenti ad vita spiri-
tualis prefectum ; tenemur iuxta exempla , & anti-
qua , & recentia nostrorum Sanctorum optare ,
& quantum licet ac permititur , querere , & fa-
ctis ac dictis exhibere , nostri confusione , &
contemptum , & abiectionis politicis delicatorum
Religiosorum dictaminibus , à stylo & ritu Sâ-
ctorum omnium alienis , non erubescere Eu-
angelium : sed Christi quoque exemplo , pro eius
amore confundi , quoniam ex amore nostri fi-
dei Diuinâ credimus eum , tot confusionibus
plena , sustinuisse crucem , confusione contemptu-
ptu ait Apostolus in Epistola ad Hebreos cap.
12. 2.



NICO-